

tifices Op-  
tica egat.

Pictura  
Ægyptio-  
rum.

Seneca.

Luscius ro-  
gatio.

Zaleucus  
aduersus  
adulteros.

Tobias 5.  
Plinius.

August.

Optica  
ostedit ce-  
lum effe-  
patram  
nostram.

gunt, dum scaporum cum basibus, superiorum ordinum cum inferioribus, proiecturarum, & intercolumniorum symmetriam non obseruant, sine qua priores plerumque sese ridiculos ostendunt, dum hominis longissimam a nobis distantiam pilos ita depingunt, ut ipsa oculorum cilia, & capillos numerare possit, & fagum, ac platanum ex fronde discernas; sine qua nihil domi, foris nihil esse potest, quod placeat: sine qua, quid obscuro castrorum metatores, exploratores in speculis, excubitores in vigiliis, in poscendis telleris circitores praestare valent? Quam velut Astronomia viam Orygge picta Ægypti indicarunt; quam ita ad omnia vtilem, & necessariam esse, vel domi videant Lamæ, atque ipse vno oculo Polyphemus, adeo ut ius civile gloria L. cæcus, de iudicio, cæcis interdixerit magistratum postulare, & in controvèrsiam vocatum fuerit, am Metellus vir aliquin insignis sacerdotio priuandus esset, cum amississet oculos licet religionis ergo, teste Seneca controver. 2. dum Palladium ex æde Vesta rapere, quibus satis ostendebant eum neque magistratu, neque sacerdotio dignum videri, qui Optica vacare non potest. Sic etiam illum Opticas scientia indignum existimat, qui scelus aliquod perfrasset, hinc enim illa Luscius ad populum lata rogatio; ut qui oculum sciens, & volens effodisset, ipse vtrisque oculo orbaretur; Hinc etiam Zaleucus Locrensis legislator aduersus adulteros seuerissimum supplicium edxit vtriusque oculi extractionem, licet filio in adulterio comprehenso permiserit vnicum euelli, sibi vero alterum. Et quidem optimè, nec enim lucis usura digni sunt, qui brutorum instar pecunias animæ passionibus sese permittunt.

Omittit seruum illum, cuius oculum eruerat Imperator Adrianus, cuius ira cum deferibusset, & seruum rogarerit, quidnam sibi pro eruto oculo rependi vellet, suum oculum sibi reddi respondit, cuius iacturam nullum munus æquare possit; oculis siquidem ablatis præstantissimam illam Opticam amittimus, qua cum Tobias defititus esset, dicebat. *Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen celi non video;* Lucis enim vta vita distinguuntur à morte, inquit Plinius l.ii. ca.37. Ideo non immerit Marcellus Syracusas eversurus ante ciuium fanguinem suas urbi lachrymas impendit, teste Aug. 1. de ciuit. ca. 6. quod Opticam Archimedem perficie videret.

Vt vero propriæ rem nostram aggrediamur, facile quis animaduertet esse aliquid præter apectabilia, quod nos ad se rapiat; etenim mundum hunc elementarem non esse perpetuum hominum domicilium ex eo constat, quod si in celum vultum erigimus, totum illud, quod inter cœlum, & terram intercedit, inoffensu obtutu perlustramus, nec enim hebefici acies remorissimorum syderum interuerso; si vero horizontem versus oculos intendimus, breui terrarum intercapidine acies abrumptitur, & summu[m] Geometræ aiunt, si 40 milia visu complectamus, quod accuratè discutiam ad comma 14. cap. 13. Genet. subiecta vero humilius loca, si profundius dehincant, nequidem conantes videre possumus. Ex quibus miliu[m] concludendum esse videtur homines non vt terra, sed vt immensæ alicuius patriæ incolas creatos fuisse, adeo ut is, qui genus hominum condidit, desiderium ardentissimum inservierit, quoad melius domicilium aspicerent, & illuc pro viribus tenderent iuxta id:

*Pronaque cum spectent animalia cetera terram.*

*Os homini sublime dedit, calumque tueri*

*Iussit, & erexit ad sydera tollere vulnus.*

Quod & illi insinuasse videntur, qui per oculos Plautus jurabant, iuxta Plaut. in Menach. si voltis per oculos iurare, & qui morientibus quidem oculos operibant, sed in rogo patefaciebant, idque Quietum ritu, teste Plin. vbi suprà, vt neque ab homine supremum eos spectare fas sit, & cœlos non ostendi nefas.

Quocumque vero spectemus, nemo est, qui non fateatur nos etiam longius prospectare posse. Si maius aliquod, quam stellarum à terra spatium concedatur, quapropter videndi facultas neque vim ultimam exerit, neque ultimo perficitur actu, Optica ad quem tamen natu esse videtur. At vero potentie cuilibet, vt iam saepe dictum est, conueniens obiectum assignari debet, quod ei correspondat, adeo ut quantum illa, tantumdem istud extedatur, quod cum neque in hoc mundo elementari, neq[ue] in cælis istis visibilibus inueniatur, profisus concedendū est, aliud esse spatium, illudque tantum, vt oculi capacitatem, & totius Opticae amplitudinem explere possit, quod nos cœlum Empyreum latissimam beatiorum ciuitatem esse dicimus.

Neque mihi dixi idem argumentum pro beluarum oculis ex æquo militare, quandoquidem omnia animalia propter hominem facta sunt, & in homine velut in centro, & breui, pretioso tam compendio, singulæ mundi partes, & species, elementa mixta, plantæ animalia concurrent, & coadunantur, ac si Deus mundum hunc solūm condidisset, vt illum postea magna cuiusdam tabellæ instar in homine velut in annuli obstrigilla representaret.

Optica præ reliquis scientiis, id habet, vt nos ad Tres Opticæ altissimas contemplationes prouehat, nam suo tripli radio, directo, reflexo, arcu, refracto triplicem cognitionem inueniunt, qua Deum homines agnosceré possunt, directus liquidem, quo noster oculus in obiectum intendit, cognitionem illam referit, qua beati præsentem Deum facie ad faciem contemplantur, cūque vident, sicuti est: repercluso vero radio, quo è speculis rerum imagines ad nos reuertuntur, nō est absimilis illa Dei cognitione, qua per fidem, velut per speculum, & in enigmate illum videmus, atque procul inveniunt, iuxta id obi. c.36. Iob. 36. vers. 25. *Omnes homines vident eum, vnuq[ue] que inueniuntur prœcul.* Denique radius infraactus, quæ res quidē cernimus, sed tantum, vbi rerum species per dissimilia diaphana transmissæ sunt, & velut deformatæ, nobis illam Gentilium cognitionem repræsentat, qua Deum agnouerunt, sed istam notionem multis erroribus vitiarunt.

In immensum abierto, si quæpiam Opticæ mirabilia patet facere velim, quorum singula demonstrèt nos altius originem duxisse, & post huiusce vitæ cutriculum aliquid superesse, quo progrediendum sit, enim uero siue radij Optici, siue horopteris proprietates contemplari, siue in rerum omnium magnitudinem, distanciam, figuram, situm, locū, continuitatem, discretionem, numetum, motum, quietem, quæ sunt communia Opticæ obiecta, siue in oculorum hallucinationes, & illusiones, luminosi, & Opaci naturā, profusionem, concursum, occursum, illapsum, umbram, & tracieū, luminū, siue in omne proiectio[n]is genus, ortographicæ, stereographicæ, & scenographicæ oculos coniceris, reperies illa omnia tibi perfecte non satisfacere, at-

Varia nu-  
merantur,  
que docet  
Optica.